Mythologia, Padoue, 1616 - 55 : Cupidon aux clés ; Cupidon avec arc et flèches ; Cupidon aux éclairs

3 médaillons

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série B - 1581. Pierre Eskrich, Images des dieux (Lyon)

Images, Lyon, 1581 - 81 : Cupidon aux clés ; Cupidon avec arc et flèches ; Cupidon aux éclairs *a pour adaptation ce document*

Collection Série A - 1571. Giuseppe Porta et Bolognino Zaltieri, Imagini degli dei (Venise)

Imagini, Venise, 1571 - 82 : Cupidon aux clés ; Cupidon avec arc et flèches ; Cupidon aux éclairs *a pour adaptation ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 55 : Cupidon aux clés ; Cupidon avec arc et flèches ; Cupidon aux éclairs ; 3 médaillons, 1616

Consulté le 05/12/2025 sur la plate-forme EMAN : https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7774

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrumpaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616
ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute - https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830
Formatin-4
Paginationp. 217
Exposition virtuelleLa "Mythologie" et ses gravures
Notice créée par Maria Laura Cucciniello Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7774?context=pdf

ſuis inſignibus: vt Philippus quidam poeta in his luculentiſſimus carminibus expreſſit:

Συλήσαντες Ὄλυμπον ἴδ' ὡς ὅπλοισιν ἔρωτες
κοσμοῦντ' ἀθανάτων σῦλα φρυασσόμενοι.
φοίβου τόξα φέρουσι, Διὸς δὲ κεραυνόν, ἄρηος
ὅπλον καὶ κυνέην, ἡρακλέους ῥόπαλον
εἰναλίου τε θεοῦ τριβελὲς δόρυ, θύρσα τε βάκχου.
πτηνὰ πέδιλ' ἑρμοῦ λαμπάδας ἀρτέμιδος,
οὐκ ἄχθος θνητοῖς εἴκειν βελέεσσιν ἐρώτων,
δαίμονες οἷς ὅπλων κόσμον ἔδωκαν ἔχειν.

Exuuijs ſuperum læti decorantur Amores.
Alta quibus cœli eſt iam ſpoliata domus.
Extorſere Iouis fulmen, Phœboq́; ſagittas,
Alcidæ clauam, Marsq́; caret galea.
Mercurio deſunt talaria, faxq́; Dianæ,
Sic Baccho thyrſus, ſic pelagoq́; tridens.
Nec mirum eſt iaculis homines quoque cedere Amorum,
Queis ſua vel ſuperi ſceptra dedere Dei.

Cùm tanta fuerit igitur potentia Cupidinis, iure optimo illum Deorum omnium fœliciſſimum, & cui Dij omnes ſubijcerentur, appellauit ita Plato in Sympoſio: φημὶ οὖν ἐγώ, πάντων θεῶν εὐδαιμονεστάτων ὄντων Ἔρωτα (εἰ θέμις καὶ ἀνεμέσητον εἰπεῖν) εὐδαιμονέστατον εἶναι αὐτῶν, κάλλιστον ὄντα καὶ ἄριστον. *Ego ſanè ita ſentio, omnibus Dijs fœlicibus exiſtentibus, Cupidinem (ſi fas eſt, ac ſine reprehenſione licet dicere) omnibus illis eſſe fœliciorē, cum & pulcherrimus ſit & optimus.* Atque in his cum duos eſſe Cupidines dixiſſet, alterum Cœleſtem alterum Vulgarem appellat: ἀναγκαῖον δὲ δὴ καὶ ἔρωτα, τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ συνεργὸν πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ οὐράνιον. *Neceſſe eſt igitur, & Cupidinem hunc quidem alterius ſequutorem, & aſſiſtentem, Vulgarem rectè vocari, hunc verò cœleſtem.* Addita fuerunt & alia inſignia præter ſuperiora, ſiquidem hunc puerum finxerunt, & cæcum, & illi comites adiunxerunt, Ebrietatem, Dolores, Inimicitias, Contentiones, & multas huiuſmodi peſtes, quas omnes recenſere moleſtum eſt, nedum experiri: quæ cùm breuiſſimè, tum elegantiſſimè in eo Maruli Epigrammate ſunt expreſſa:

Quis puer hic? Veneris. plena quæ cauſa pharetræ?
Non bene prouiſus certa quod arma mouet.
Cur ſine veſte Deus? ſimplex puer odit opertum.
Vnde puer? pueros quod facit ille ſenes.
Quis pennas humeris dedit? inconſtantia. quare
Nulla Deo frons eſt? ſigna inimica facit.
Quæ fors eripuit lucem? immoderata libido.
Cur macies? vigiles cura, dolorq́; faciunt.

Digitized by INTERNET ARCHIVE Original from THE GETTY RESEARCH INSTITUTE

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7774?context=pdf